



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Præscriptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

## ADDITIO.

## Prædicare.

Prædicans in statu mortalis peccati, non peccat mortaliter, habens scandalum. Sot. dist. 1. q. 5 art. 6. col. 6. Cajet. versus prædicator, peccata, Contrarium placet Navar. cap. 25. n. 141. peccat autem ratione scandali, quando peccatum ejus est publicum. D. Thom. & alii.

Nullus Episcopo contradicente prædicare præsumat, ex Concil. Trident. Excepit Pius V. Mendicantes in sua Ecclesia predicantes, nisi Episcopus vellet prædicare. Trident. sess. 5. cap. 2. sess. 24. cap. 4. de reform.

## ADDITIO.

## Prælatus.

Prælatus dicitur, qui Ecclesiæ collegiatæ sacerdotali vel regulari præficitur. Itaque Priors & Guardiani sunt Prælati, & in dignitate. v. gl. c. 28 de elect. l. 6. v. Syl. v. prælatus, n. 1. Furi. 16.

Prælatus propriè non dicitur esse de Capitulo, vel de conventu.

Gestaper Prælatum toleratum, valida sunt, etiam si jure titulum amisisset.

Prælati bona sunt tacite hypothecata pro mala Ecclesiæ administratione Syl. v. dos. 15. quest. 12. nro. 14. Gl. cap. ex littore, design.

## Præscriptio.

Vide v. Restitutio.

1. Præscriptio est acquisitio seu adeptio dominii utilis, vel directi rei alienæ per continuationem possessionis bonæ fidei spatio temporis à lege definiti. Ad legitimam præscriptionem quinque conditiones requiruntur, videlicet possessio continua: capacitas activa respectu possidentis, & passiva respectu rei quæ possidetur: bona fides seu credulitas, qua quis prudens judicat rem suam esse, vel saltem ignorat esse alienam, modo ignorantia non sit crassa vel affectata: titulus probabi-

liter præsumptus, quo accipiens credat tradentem esse legum  
mum rei traditæ dominum; ultima conditio est tempus à  
definitum, videlicet ad præscriptionem bonorum mobilium  
quæ propriè vocatur usucatio, requiritur spatium inuan-  
norum cum titulo & bona fide inter præsentes, inter absentes  
vero requiritur spatium quatuor annorum: ad præscrip-  
tionem verò rerum immobilium requiritur contra privatos op-  
tum decem annorum inter præsentes, & inter absentes op-  
tum virginis annorum; at contra rem immobilem Ecclesiæ  
loca pia. (excipe Romanam Ecclesiam,) requiritur spatium  
quadraginta annorum. tom. 2. de restituitione in genere, § 1.  
quæst. ult. punc. 2. §. 2 num. 1. 2. 5. 14. 15. 22. &c. 28.

2. Ex dictis sequitur, habentem rem alienam apud se depo-  
sitam, vel commodatam, vel conductam, non posse campri-  
scribere, quia eam non possidet suo nomine: & religiosum  
non posse aliquid præscribere, cum in eo deficiat capacitas  
activa; similiter neque hominem liberum præscribi posse, deb-  
et enim capacitas passiva: sequitur præterea, debitorem qui  
jam triginta annis elapsis non solvit debitum, non possit illud  
præscribere, cum non dicatur habere bonam fidem, & un  
qui gratis aliquid solvit singulis annis non acquirere obliga-  
tionem idem semper solvendi, quia non adest titulus, &  
quem acquirat obligationem solvendi. Ibid. n. 4. 7. 9. 16. &c.

3. Adverte autem, præscriptionem curreat & non inter-  
rumpi, quando possessio unius rei transit de uno ad alterum  
ita ut si computato tempore utriusque possidentis elapsum  
sit tantum temporis, quantum requiritur ad præscriptionem,  
res censeatur præscripta, modò uterque possessor bonarum  
possederit. Ibid. num. 21.

4. Legitima præscriptio excusat à restituitione, non solum  
in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ; nam possidens  
rem alienam bona fide, facit illam suam per continuacionem  
temporis à lege constitutæ; nullus autem tenetur ad restitu-  
tionem rei, cuius habet dominium: verum tamen est, minor-  
ibus locis pīs, ac Ecclesiis concedi restituitionem in integrum  
auctoritate judicis. Ibid. num. 33. &c. 34.

## Pecarium.

1. Pecarium est contractus, quo quis concedit aliquid al-  
teri, cum potestate illud repetendi quoties voluerit. Dicitur  
pre-